

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Philippi Melanchthonis Grammatica Latina**

**Melanchthon, Philipp**

**Wittebergae, 1621**

Caput XIV. De sapphico

[urn:nbn:de:bsz:31-112308](#)

*Sis mihi præsens  
Rebus in arctis  
Christe Redemptor.*

<sup>†</sup> Unde dicitur Adonicus?

Ab Adonide, in cuius threnis hoc genere  
utabantur.

## CAPUT XIV.

## DE SAPPHICO.

<sup>†</sup> Quid est genus Sapphicum?

Qvod constat tribus Versibus Sapphicis,  
cum annexo Adonico.

<sup>†</sup> Quid est Versus Sappicus?

Est Versus pentameter, in prima, qvarta, &  
qvinta regione recipiens Trochæum; in se-  
cunda Spondeum; in tertia Dactylum.

<sup>†</sup> Da typum Sappici:

1	2	3	4	5
— u	— —	— u u	— u	— u

Nemo confidat nimium secundis,  
Nemo desperet meliora, lapsus.  
In integro systemate ita typus est:

1. — u — — — u u — u — u

2. — u — — — u u — u — u

3. — u — — — u u — u — u

— u u — —

Integer vita sceleris, purus  
Non eget Mauri iaculis, nec arcu,  
Nec venenatis gravidâ sagittis  
Fusce pharetra.

Unde

## DE SAPPHICO.

469 - 69

† Unde dicitur Versus Sapphicus?

A Sappho Poetria Lesbiā, inventrice.

△ Quid est præcipua virtus Sapphic?

Habere Cæfuram in initio tertiae regionis. ut:

*Integ ger vi tæ.**Non e get Mau ri.**Nec ve nena tis.*

## CAPUT XV.

## DE PHALÆCIO

† Quid est genus Phalæcium?

Qvod constat Versibus Phalæciis.

† Quid est Versus Phalæcius?

Est Versus Pentameter, habens in prima regione Spondeum, in Secunda Dactylum, in reliquis tribus Trochæum.

† Da typum Phalæcii.

I	2	3	4	5
—	—v	—v	—v	—v

Si vitare voles acerba quedam,  
 Et tristes animi cavere morsus,  
 Nulli te facias nimis fôdalem;  
 Gaudebis minus & minus dolebis.

△ NOTA. In prima regione etiam Trochæus vel Iambus locum habere potest. ut:

*Ariū — v da modo pumice expolitum.*

*Meas v — esse aliquid putare nugas.*

Catullus etiam in secunda, pro Dactylo interdum usurpat Spondeum; qvod non est imitandum. ut: *Epigr. 52.*

Gg 3

Oramus